Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



et mirati sunt omnes a pestum. ē. autem illico os eius et lin
gua eius et loquebatur benedicens dm. Et factū. ē. timor
super omnes uicinos eorum et super omnia montana iudeae
diuulgabantur omnia uerba haec et posuerunt omnes
qui audierant in corde suo dicentes. quid putas puer
iste erit et enim manus dni erat cum illo et zacharias
pater eius impletus. ē. spūsco et prophetauit dicens.
Benedictus dnūs deus israel quia uisitauit et fecit redemp
tionem plebi suae. et erexit cornu salutis nobis in do
mo dauid pueri sui. sicut locutus. ē. per os sōrum
qui a saeculo sunt prophetarum eius. salutem ex inimi
cis nris et de manu omnium qui oderunt nos. Ad facien
dam misericordiam cum patribus nris et memorari
testamenti sui sci. Iusiurandum quod iurauit ad abraham
patrem nrūm daturum se nobis. Ut sine timore de manu
inimicorum nrōrum liberati seruiamus illi. In scitate
et iustitia coram ipso omnib; diebus nris. Et tu puer pro
phetaatis simi uocaberis praeibis enim ante faciem dni
parare uias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi
eius in remissionem peccatorum eorum. Per uis
cera misericordiae di nri in quibus uisitauit nos oriens
ex alto. Inluminare his qui in tenebris et in umbra mortis
sedent ad dirigendos pedes nros in uia pacis. Puer
autem crescebat et confortabatur spū et erat in deserto
usq; in diem ostensionis suae ad israel. Factū. ē. autem
in diebus illis exiit edictum a caesare augusto ut descri
beretur uniuersus orbis. Haec descriptio prima facta. ē.
a praeside syriae cyrino et ibant omnes ut profiteren
tur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem et
ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciui
tatem dauid quae uocatur bethlem eo quod esset de domo et
familia dauid ut profiteretur cum maria desponsata sibi